

Simile quoque est de alijs omnibus, quæ consequuntur ex modo intelligendi, ut est mathematicorum abstractio. Aliquando vero id, quod significatur per nomen, non habet fundamentum in re, nec proximum neque remotum; sicut conceptio Chimæræ. ideo conceptio eius est fallā.

¶ Quantum ad tertium, scilicet an rationes attributorum in Deo sint, sciendum quod circa hoc videtur esse duplex intentio. Quidam enim, videlicet Rabbi Moytes, & Auicenna, affirmant quod Deus est quoddam esse subsistens, nec aliquid aliud nisi esse, in Deo est. Vnde dicunt quod esse sine essentia. Omnia autem alia, quæ Deo attribuntur, verificantur de eo dupliciter, secundum eos videlicet, vel per modum negationis, vel causalitatis. Per modum negationis, dupliciter. Primò, ad remouendum priuationem vel defectum oppositum, sicut Deum dicimus sapientem, ut remoueamus ab eo defectum, qui est in carentibus sapientia. Secundo, secundum hoc, quod aliquid ex negatione consequitur, sicut esse de hoc nomine vnus, qui ex hoc ipso quod non est diuisus, est vnus. Similiter ex eo quod est immaterialis, est intelligens. Vnde secundum eos omnia nomina ista potius sunt inuenta ad remouendum, quam ad ponendum aliquid in Deo. Item per modum causalitatis, dupliciter. Primò, in quantum producti ista in creaturis, ut Deus dicatur bonus, quoniam bonitatem influit creaturis. Secundo, in quantum per modum creaturæ se habet, ut dicatur volens, aut pius, in quantum se habet ad modum volentis seu pii in producendo effectus: sicut & iratus vocatur, quia ad modum se habet irati. sicque secundum opinionem hanc sequitur, quod omnia, quæ dicuntur de Deo, & creaturis, dicantur de eis purè æquinoctè: atque quod nulla sit similitudo creaturæ ad creatorem ex hoc, quod creatura est bona aut sapiens, quod expresse asserit Rabbi Moytes. Secundum hoc ergo id, quo conceptitur de nominibus attributorum, non refertur ad Deum, ut sit similitudo alicuius, quod in eo est. Vnde sequitur quod rationes nominum horum non sunt in Deo, quasi proximum habeant fundamentum in ipso, sed remotum: quemadmodum dicimus de relationibus, quæ ex tempore de Deo dicuntur. Huiusmodi enim relationes in Deo realiter non sunt, sed sequuntur modum intelligendi, prout de intentionibus dictum est. & sic iuxta istam opinionem, rationes attributorum istorum sunt tantum in nostro intellectu, non in Deo: & intellectus eas adiuuent ex consideratione creaturarum per negationem aut causalitatem, ut dictum est. Alij vero (ut sanctus Dionysius & Anselmus) testantur, quod in Deo præminenter consistit quicquid perfectionis in creaturis est. & hæc præminencia attenditur penes tria. Primò, quantum ad vniuersalitatem, quia in Deo sunt omnes perfectiones adunata, quæ in creaturis non adunantur. Secundo, quantum ad plenitudinem, quia in Deo sunt sine defectu. Tertio, quantum ad unitatem, quia in Deo sunt vnũ, quæ in creaturis diuersa sunt: & quia in vno omnia Deus præhabet, secundum illud vnũ cuncta cognoscit, & causat, & omnia ei per analogiam assimilantur. Idcirco circa hanc opinionem, conceptiones, quas intellectus noster ex attributorum nominibus concipit, suauiter similitudines Dei: & inde consequitur, quod, quequid sequitur ad sapientiam, in quantum huiusmodi, rectè & propriè conuenit Deo.

Vnus.

Rabbi. Moytes.

Dion. Anselmus

Dion. Ricus prædicta conuenit.

¶ Porro istæ opiniones quamuis in superficie vi-

deantur diuersæ, non sunt tamen contrariæ, si quis rationes dictorum ex causis sumat dicendi, quoniam primi considerauerunt res ipsas creatas, quibus attributorum nomina imponuntur, quemadmodum hoc nomen sapientia cuiusdam imponitur qualitati, & hoc nomen eentia cuiusdam rei non subsistenti esse, & hæc longe à Deo sunt. ideoque dixerunt quod Deus est esse sine essentia, & quod non est sapientia in Deo secundum se. Alij vero considerauerunt modos perfectionum, ex quibus nomina dicta sumuntur: & quoniam Deus secundum vnũ simplex esse, omnibus modis perfectus est: qui modi importantur per nomina illa, idcirco dixerunt, quod nomina illa positiuè Deo conueniunt. Ideo neutra opinio istarum negat, quod alia dicit, quia nec primi dicerent aliquem modum perfectionis Deo desse, nec secundi qualitatem, aut res non subsistentes Deo conuenire. Si ergo patet tertium, scilicet quod rationes attributorum sunt verè in Deo, quoniam ratio nominis magis se tenet ex parte eius, quæ nomen imponitur, quam ex parte eius, cui compositur.

Rõnes attributorũ sunt verè in Deo.

¶ Quantum vero ad quartum, an scilicet pluralitas rationum istorum sit ex parte intellectus nostri, vel aliquo modo ex parte rei: sciendum quod ista pluralitas rationum contingit ex hoc, quod res quæ Deus est, superat intellectum nostrum. Intellectus etenim noster non potest vna cõceptione diuersos modos perfectionis accipere: tũ quia cognitio nã sumit ex creaturis, in quibus sunt diuersi modi perfectionum sũ formas diuersas: tum quia hoc, quod in Deo est vnũ & simplex, pluralificatur in intellectu nostro, & si in Deo immediatè cognitionem recipere, sicut multiplicatõ p̄cessio suæ bonitatis in alijs creaturis. vnde cũ Deus sũ vnũ, & eandem rem sit obis modis imperfectus, vna conceptione nõ possumus eius perfectionem integrè apprehendere, & p̄ consequens nec nominare. Hinc oportet, quod diuersas de eo conceptiones habeat aia nostra, quæ sunt diuersæ rationes, & diuersa imponit nomina rationes illas significantia. Ideo nomina illa non sunt synonyma, in quantum diuersas significant rationes. Si autem intellectus noster Deum per seipsum videret, posset ei imponere nomẽ vnũ, quod erit in patria, iuxta id Zachariæ. In die illa erit dñs vnus, & nomen eius vnũ. & nõ men illud non significaret bonitatem tantũ, nec sapientiam tantũ, aut aliqd humilmodi, sed significata omnium horum includeret. Attamen si intellectus videns Deum p̄ essentiam, imponeret ei nomen, mediante conceptione, quã hêt de eo, oporteret adhuc quod plura ei imponeret nomina: quoniam impossibile est quod conceptio intellectus creati, repræsentet totam perfectionem diuinæ essentia. Idcirco de re vĩa diuersas conceptiones formaret, ac nomina diuersa imponeret, quemadmodũ etiam dicit Chrysostomus, quod angeli quidam laudant Deum, ut maiestatem: quidã, ut bonitatem: sicque & alijs modis, in signum quod ipsum non vident visione comprehendere plenariè. Conceptio autem perfectè representans eum, est verbum increatum, quod idcirco est vnũ tantum. Sic igitur patet, quod ista pluralitas nominum venit ex hoc, quod Deus intellectum nostrum excedit, & hoc est ex parte ipsius, propter plenitudinem suæ perfectionis: & ex parte nostri intellectus, qui deficienter se habet ad perfectionem Dei intelligendam. Hinc pluralitas rationum istorum non est tantum ex parte intellectus nostri, sed etiam Dei. Ideo pluralitati rationum istorum correspondet aliquid in re, quæ Deus est, non quidem pluralitas, sed plena perfectio, ex qua contingit ut omnes istæ perfe-

Rõnes attributorũ sunt verè in Deo.

Zach. 14.

Chrysostomus.